CLEMENS PP. XI.

Morbio 27 (118)

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Omnium saluti paterna charitate intenti, sacra interdum loca spualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium Defunctorum Animae Dni Nri Jesu Xpi, eiusque SS. suffragia meritorum consequi, et illis adiutae ex purgatorij poenis ad aeternam salm per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam, seu Oratorium publicum S. Bernardini Oppidi Abbiati Crassi Mediolanen Dioec., et in ea situm Altare Confraternitatis eiusdem S. Bernardini, simili ad pns privilegio minime decoratum, hoc speciali dono illustrare, de omnipotentis Dei misericordia, ac B.B. Petri, et Pauli Aplorum eius auctte confisi, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel Regularis, Missam Defunctorum in die Omnis Defunctorum, et singulis diebus infra illius octavam, ac feria quarta cuiuslibet hebdomada pro Anima cuiuscumque Confratris, et Consororis dictae Confraternitatis, quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, ad pdum Altare celebrabit, Anima ipsa de thesauro Eccliae per modum suffragij Indulgentiam consequatur, ita ut eiusdem Dni Nri Jesu Xpi, ac B. M. V. Sctorumque oium meritis sibi suffragantibus a purgatorij poenis liberetur, concedimus, et indulgemus. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque. Pntibus ad Septennium tm valituris. Datum Romae apud S. Mariam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatorij Die VIII. Februarij MDCCXV. Pontus Nri Anno Decimoquinto.

Gratis pro Deo et Scrã

F. Oliverius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871565847-13/fragment/page=0001
DFG

De Romanis

Morbio 27 (118)

Confrat J. E.

1715 Febr. 8

V. Simus W. Luceinas . . mus Metropol.

V. Jo. Marnecke Can. Ard.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871565847-13/fragment/page=0002